

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. II. Quæ sit radix & origo libertatis creatæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

DE CONCORDIA LIBERTATIS CUM PRÆDEST.

III

baro pugnandum est, & hoc potentissimo verbo, quis ut Deus? vel ut loquitur S. Thomas: Non ita Tamen sicut PRIMO AGENTI, tota ejus doctrina facilè subvertetur.

ARTICULUS II.

Quæ sit radix & origo libertatis creatæ?

D Vplicem libertatis nostræ radicem agnoscunt Thomistæ cum S. Doctore. Periherm. lect. 14. Unam remotam, & extrinsecam, ac in Deo existentem. Alteram proximam, & intrinsecam, & in ipso homine residentem. Prima est efficacia infinita divina voluntatis, attingentis substantiam & modum in nostris operationibus. Secunda est indifferentia objectiva iudicij, quæ intellectus judicat, bonum propositum voluntari ut prosequendum, non habere necessarium connexionem cum bono in compuni, ad quod est naturaliter determinata voluntas. Ultago: libertatis radix breviter huc explananda est.

§. I.

Prima libertatis radix explicatur.

Dico primò: Secundum principia D. Thomæ, prima radix contingentia & libertatis rebus, est summa efficacia divina voluntatis, cujus causalitas se extendit ad omne ens, & ad omnem modum & formalitatem entis.

Hanc conclusionem perpetuò & constanter docet D. Thomas in omnibus locis in quibus agit de concordia libertatis creatæ cum voluntate Dei, i.e. providentia & prædestinatione: inquit enim aliter hæc extrema inter se consilat, quæ ad infinitam divinæ voluntatis efficaciam recurrendo. Ut videri potest supradicta quæst. 19. art. 8. ubi queritur: An voluntas Dei necessitatem illius voluntatis imponat? Et rejecta sententia aliquorum, qui libertatem & contingentiam rerum volebant peti solum ex ipsis causis secundis liberis & contingentibus, sic concludit. Et ideo nihil dicendum est, quod hoc contingit propter efficiem divinæ voluntatis. Cum enim aliqua causa effectus fuerit ad agendum, effectus consequitur causam, non tantum secundum id quod sit, sed etiam secundum modum sive vel essendi. Ex debilitate virtutis activæ in semine, contingit quod simili nascitur disimili patri in accidentibus quæ pertinent ad modum essendi. Cum igitur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur quod sicut Deus vult fieri, sed quod eo modo sicut, quæ Deus ea fieri vult. Vult autem quadam fieri Deus necessario, quadam contingenter, ut sit ordinatio in rebus ad complementum universi: Et ideo quibusdam effectibus aptavit causas necessarias, quæ depicere non possunt, ex quibus effectus de necessitate proveniunt: quibusdam autem aptavit causas contingentes descriptibiles, ex quibus effectus contingenter eveniant &c. Idem sub idem feretur terminis repetit opusculo 3. cap. 140. Ad efficaciam (inquit) divina voluntatis pertinet, ut non sicut fiat quod Deus vult, sed ut hoc modo fiat quo illud fieri vult: Vult autem quadam fieri necessario, & quadam contingenter, quia utrumque requiri ad completerum esse universi: ut igitur res utriusque modo provenient, quibusdam adaptat necessaria causas, quibusdam per contingentes. Et quæst.

A simum, unde oportet eis effectum ei omnibus modis assimilari, ut non solum fiat id quod Deus vult fieri, quod est quasi assimilari secundum speciem, sed ut fiat e modo quo Deus vult illud fieri, id est necessario vel contingenter, cito vel tarde. Idem docet 1. p. quæst. 22. art. 4. præsertim in resp. ad 1. & 3. quæst. 23. art. 6. quæst. 83. art. 1. ad 3. 1. 2. quæst. 10. art. 4. ad 1. tertio cont. Gent. cap. 94. quæst. 6. de verit. art. 3. ad. 3. & 1. ad Annibal. dist. 47. quæst. 1. art. 4.

Respondent Adversarij: D. Thomam in his locis libertatem & contingentiam rerum in efficaciam divinæ voluntatis reducere, non quod libertatem & contingentiam rerum suā efficaciam & causalitatem immediatè producat; sed quia produxit causas liberas & contingentes, ex quibus effectus liberi & contingentes procedunt.

Sed contra primò: D. Thomas loco primò relato, scilicet 1. p. quæst. 19. art. 8. initio corporis articuli, hanc responsionem adducit, eamq; duplice ratione impugnat, ut ibidem videri potest, & in fine sic concludit: Non igitur propterea efficiens voluit à Deo eveniunt contingenter, quia causa proxima sunt contingentes, sed propterea quia Deus volunt eos contingenter evenire, contingentes causas ad eos preparavit. Idem habet quæst. 23. de verit. art. 5. citato.

Secundo: Verbum preparare, seu aptare causas contingentes ad suos effectus, quo utitur S. Doctor locis relatis, non idem sonat ac illa creare vel producere, ut Adversarij male interpretantur, sed potius significat eas mouere & applicare ad agendum: ut patet quando dicitur Proverb. 3. Preparatur voluntas à Domino. Hæc enim verba, non creationem, sed motionem & applicationem voluntatis designant, sicut & ista Apostoli ad Hebreos 13. Deus autem pacis aptet vos in omni bono, ut faciat eis voluntatem, Unde S. Thomas hunc locum exponens, sic ait: Deus quando immittit homini bonam voluntatem, aptat eum id est facit illum aptum, & ideo Apostolus dicit: aptet vos in omni bono. Spuria ergo ac legitima, & a mente S. Doctoris proflus extranea est hæc Adversariorum interpretatio.

Tertiò, hæc responsio subtrahit ab immediata Dei causalitate, & consequenter ab ejus prædestinatione, prædefinitione, ac providentia, ipsum modum libertatis & contingentia qui in nostris actibus liberis reperitur, quod est apertissimum contra D. Thomam quæst. præcedenti. art. 4. ad 3. ubi ait: Modus contingentia & necessitatis cadit sub provisione Dei, qui est universalis visor totius entis. Et 1. Periherm. lect. 14. Voluntas divina est intelligenda ut extra ordinem entium existens, & velut causa quadam profundens totum Etenim, & omnes ejus differentias: sicut autem differentiationis entis possibile & necessarium; & ideo ex ipsa voluntate divina ordinantur necessitas & contingentia in rebus. Item docet 6. Metaph. lect. 3. in fine, ubi sic discurrit, & infallibilitatem divinæ providentiae cum humanorum actuum contingentia & libertate, hoc modo conciliat. Scindamus est (inquit) quod ex eadem causa dependet effectus, & omnia quæ sunt per se accidentia illius effectus: sicut enim homo est à natura, ita & omnia ejus per se accidentia, ut risibile & mentis discipline susceptibile. Si autem aliqua alia causa non faciat hominem simpliciter, sed hominem taliter, ejus non erit constitutæ ea quæ sunt per se accidentia hominis, sed solum utrius est. Politicus enim facit hominem civilem; non tamen facit

cum

In Biblio

eum mentis disciplina susceptibilem, sed hac ejus proprietate utitur ad hoc ut homo fiat civilis. Sicut autem dictum est, ens in quantum ens est, habet causam ipsum Deum. Vnde sicut divina providentia subditur ipsum ens, ita etiam omnia accidentia entis, in quantum est ens, inter quae sunt necessarium & contingens. Ad divinam igitur providentiam pertinet, non solum quod faciat hoc ens, sed quod dei contingentiam vel necessitatem.... Quod quidem est singulare in hac causa; reliqua enim causa non constitutum legem necessitatis, vel contingentiae, sed constituta a superiori causa utuntur; unde causalitati cuiuslibet alterius cause subditur solum quod ejus effectus sit, quod autem sit necessarium vel contingentier, dependet a causa alteri, que est causa entis, in quantum est ens, a qua ordo necessitatis & contingentiae in rebus provenit. Non poterat S. Doctor felicitus, & clarioribus verbis, mentem suam exponere, ac primam nostrae libertatis radicem detegere. Unde ad complementum hujus questionis, & confirmationem hujus doctrinæ, quæ scholæ nostra, unum est de cœs ac ornamentum, oportet hic breviter ostendere, ex quibus fonibus eam hauserit Angelicus Præceptor.

§. II.

Ostenditur hanc D. Thomæ doctrinam, ab ipso Ecclesiæ capite, & Apostolorum Principe, primus esse derivatam.

26. **H**oc curiosè & eruditè ostendit P. Hyacinthus Libelli (vir Caramuelis judicio eruditissimus, & ingeniosissimus, ac Romæ olim Professor Theologæ in conventu Fratrum Prædicatorum super Minervam, nunc verò sacræ Palatii Magister dignissimus) in quadam opuscullo de origine doctrinæ D. Thomæ, circa concordiam divina gratiæ, & decretorum divinorum, cum libertate nostra, ab eodem Caramuel in sua Theologia fundamentali, in expositione Theistum de scientia Dei, relato: ubi hæc habet.

Primus hæreticorum qui Ecclesiam Dei antequam adolescenter præfocare tentavit, fuit Simon Magus, seductor insignis, qui incredibilem habuit apud suos Samaritas extimationem; adeò ut eum omnes virtutem Dei magnam appellarent, & nisi hujus irruentis mali principio Deus obstituisse, periculum fuisset non adhuc in cunis vagiens Ecclesia comprimeretur. Multa crepuit de se, quæ potius potentia quam opinio-nes appellari debent, sed (quemadmodum antiqui scriptores nobis reliquerunt) arbitrij creati libertatem potissimum tentavit everttere, ut cōcuso libero arbitrio, quod est Christianæ Religionis fundatrum, adficium quod Apostoli suâ doctrinâ parabant extruere, prorsus impediret. Et quoniam vir erat collidissimus, & sycophanta vafermissimus, jam jam plurimos ad sui fæculam traxisset, quos veluti nepotes, Satanæ genitori, cuius eum primogenitū Ignatius Martyr Episcopus ad Tarrilianos appellavit, generaliter, nisi Deus opportunè occurrisse. Ipsi enim turbas Cæsareæ ledentes occurrit S. Petrus, Apostolorum Princeps, qui ipsum velut apostolam, & defectorum acribus verbis redarguit, defectionem increpavit, subdolè doctrinæ technas detexit, disputando sophismata resolvit, atque invictis argumentis pervicaciam confudit. Inter capita de quibus disputatione S. Petrus, & Simon Magus, unum fuit de libertate arbitrij creati, contra quam argumentabatur Simon ins-

A dem prorsus argumentis, quibus urgenter nos adversarij nostri, & quibus solent impugnari nostra decreta prævenientia, & prædehementia, nostra auxilia efficacia, nostra prescientia, pendens à veritate objectiva & futuritione. S. Petrus, post Christum primus Ecclesiæ Minister, iisdem prorsus modis respödit, quibus nos respondere solemus; adeò ut, me quidem judice, nec tantillum nostræ responsiones, à responsionibus D. Petri dissentiant. Sed undantur huc acceperim, tenete. Extant libri Recognitionum S. Clementis Romanî, viri domi sue nobilis, ut qui ex Cæsariorum familia originem traxerit, quæve D. Petrus successit, & quem narrant à Petro vivente ad Apostolatuum apicem vocatum, nimis ut eo defuncto Romanam Eccleiam gubernaret. Hunc libros prædictos scripsisse dunt omnes qui res antiquas curiosè scrutantur.

B Inter alia qua libro 3. paulo post principum narrantur, una disputatione est inita Cæsare inter Simorem Magnum, & Petrum Apostolum, pli multa divinæ D. Petrus de malo, de felicitate, de studijs hujus vita dissertat. Sed de liberbitrio, inquitente & contradicente Mago, D. Petrus ea respondit & refolvit, quæ modo ipsi respondemus, & quæ S. Thomas nobis defendavit ut responderemus. Quod ut quam verius cognoscatis, placet hic disputatione, quod ad

C quæ rei nostræ inferviunt, transcribere. Dixebit Simon, quod unusquisque, sicut ei faro decentur, vel sapit aliquid, vel intelligit, vel patitur & in nulla re hominem esse sui arbitrij. At contra S. Petrus argumentatus est, necesse esse hominem esse sui arbitrij, aliter convulsa esse omnia, frustra studium secundandi meliora, frustra principes hujus mundi legibus præfæ, frustra punitivana jura populorum, miseris esse eos qui servant cum labore iustitiam: beatos vero illos qui in deliciis positi, cum luxuria & scelere viventes, tyrannidem tenent. Quibus Simon minime acquiescens, & ultimum experimentum doctrinæ D. Petri facere volens institit, interrogans, si quod Deus vult esse, est: & quod Deus vult non esse, non est? Quasi diceret: si hoc mihi concedas, jam fateboris nihil à nobis liberè agi; quippe quod Deus vult esse, necessario est. Quæ obiectio tam valida Simoni videbaruit, ut confundens Petrum non responsum, se obtenturum spoponderit, si illi D. Petrus respondidisset. Quod argumentum illud est, quod Adversarij nostri insolubile existimat, & cui S. Thomas imperturbabilis ac eodem semper tenore verborum respondebat, cui Thonista summam amorum concordiæ, & antiquis temporibus latifecerunt, & hodie quo tempore molestius perurgentur satisfaciunt. Videamus quæ oracula fuderit Petrus, & attente proprietatem atque magnificentiam doctrinæ perpendite. Dicit, omnium quæ moventur, quedam necesse erit moveri, quedam voluntariæ, & liberè motu veri: solent motus necessitate duci, si statum compleant cursum: hominem vero actus finis liberè ac voluntariè clicere. Iam ergo inquit hæc sunt verba D. Petri: ignoras Simon, & valdeignoras quomodo in singulis quibusque voluntariis statu. Quedam enim volunt, ut diximus, ita est, si aliud esse non possent, quam id quod ab ipso inducitur. Et his neque premia, neque supplicia statuit. Ea vero quæ ita esse volunt, ut in sua pace state habeant agere quod velint, his pro aliis ac voluntariis suis statuit, ut aut remunerations

maran-

merentur, aut panas. Cum ergo in duabus docui, A partes dividantur cunctæ que moventur; secundum tamquam super diximus distinctionem, omne quod ruit Deus, est: quod autem non vult, non est. Haec estensus D. Petrus. Quod si sincerè perpendent hi quibus displicet nostra doctrina, mutarent sententiam, cum primum iis D. Petri doctrina diffidere constaret. Cum enim urget Simon, fieri non posse ut cum voluntate efficaci Dei libertas humana compomeretur. Respondit Petrus, optimè coherere, quoniam necesse est illud ad liberum, quem Deus vult esse liberum. Haec est necessitas præveniens, Thomistamica libertatis. Haec prædeterminatio fo- tens libertatem. Haec infallibilis antecedens, libertati contubernialis. Haec S. Thoma fre- quens doctrina. Hoc tandem fuitrum augustissimum auspiciat factum, & quo nos magno ueritatis compendio utimur ac religiosè & feliciter semper utemur.

Unum remanet contrariis nostris cibis, dicere scilicet, libros recognitionum D. Clementis suppositos esse, vel ad minimū ab Ebionis, exteris; Hæreticis, qui eo tempore contra Ecclesiam dimicarunt, depravatos atq; corrotos. Scio primum non dicturos cordatores theologos, si quidem Patres ex prædictis libris recognitionum, arguementa fortissima contra Hæreticos elicunt, quibus præcipue constat iudicio. Et nihilominus contra Hæreticos, illos liberos penitus negantes, eruditè disputat Lam- bertus Gruterus Venradius, in praefatione affixa principio operum D. Clementis: ipsum videre. Ferendum potius est, si dicent prædictos libros esse corruptos, ex quibus proinde non possunt ullius roboris argumenta deponi. Sed quantum verum sit prefatos libros ab Ebionis fusse corruptos, in materia tamen de libe- arbitrio integrè usq; ad hanc nostra tempora pervenientur, ut obseruavit Bellarminus, vir ac- curatissimus: nam ante Russini etatem (inquit in libro 1. de Grat. & libero arbitrio cap. 25.) quibus libros latinos fecit, nulli fuerunt Hære- tico, qui libero arbitrio nimis tribuerent, quod posse fecerunt Pelagiiani. Multi autem fuerunt Hæretici, qui negaverunt liberum arbitrium, ut Simon Magus, Manes, a quo Manichei, & alii. Ita si in libris negarerunt libertum arbitrium, impediti possemus inferat fuisse eam doctri- num Manichei, vel alij hujusmodi Hæretici: alibi arbitrij confessi onem non possumus ulli Hæretico illius temporis ascribere. Deinde veteres Patres qui dicunt hos libros corruptos esse Hæreticos, non tacent in quibus articulis corrupti sunt, sed scribunt in articulis de divini- tate filij, alijq; similibus esse corruptos. Cor- ruptum autem in articulis de libertate arbitrii nullus veteri unquam notavit. Hac omnia predictus Pater ex relatione Caramuelis loco citato.

§. III.

Altera libertatis radix detegitur.

Dico secundò: Indifferentiam objectivam iudicij esse proximam & intrinsecam no- stra libertatis radicem. Hanc etiam conclusionem expressè & intermis- sis docet S. Thomas variis in locis. Nam i. Peri- hem. lect. 14. postquam verbis supra relatim, pri- mam nostram libertatis radicem ex infinita divina-

Tom. II.

voluntatis efficacia, totum ens, & omnes ejus differentias profundenter; petendam esse do- cuit, statim subdit. Alterum radicem contingentiam Philosophus ponit ex hoc quod sumus consiliarii. Et infra. Philosophus signanter radicem contingentiam in his que sunt à nobis assignavit ex parte consilii, quod eorum que sunt ad finem, & tamen non sunt deter- minata. Idem docet i. p. quæst. 83. art. 1. his ver- bis. Quia iudicium rationis ad diversa se habet, & non est determinatum ad unum, necesse est quod homo sit liberi arbitrii, ex hoc ipso quod rationalis est. Et 1. 2. quæst. 17. art. 1. ad 2. Ex hoc voluntas liberi arbitrii potest ad diversa ferri, quia ratio potest habere diversas co- gnitiones boni. Et iterum quæst. 24. de verit. art. 2. in corp. Tota ratio liberatis ex modo cognitionis depender. Et paulo post: totius libertatis radix est in ratione constituta. Et ibidem probat in bruis non esse libertatem, quia iudicium eorum est determinatum ad unum: quæ ratio non va- leret, si indifferentia objectiva iudicij non esset radix libertatis.

Probatur etiam conclusio ratione fundamen- tali: Cum voluntas sit appetitus rationalis, se- quens directione rationis, & cognitione intelle- ctus: quod sit determinata vel indifferentia ad op- posita, provenire debet ex determinatione & in- differentia ipsius cognitionis, & consequenter in- differentia objectiva iudicij esse radix libertatis.

Confirmatur: Quando affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, & è contra: Sed in bruis negatio libertatis oritur ex eo quod iudicium eorum est determinatum ad unum, ut docet D. Thomas supra relatus. Item amor beatificus, non est liber, sed necessarius, quia regulatur per lumen gloriae, & cognitione claram & intuitivam, quæ repræsentat Deum ut habentem omnem rationem boni, ac proinde ut necessarium diligendum: Ergo in nobis indif- ferentia objectiva iudicij, quæ intellectus iudi- cat objectum propositum voluntati ut prosecu- dum, non contrarie omnem rationem boni, at- que ita posse ab illa amari vel rejici, erit proxima radix & origo libertatis. Ex quo infero, &

Dico tertio: De potentia Dei absoluta non posse fieri, ut voluntas sub indifferenti iudicio rationis tendat in aliquod objectum, & nihilominus non libere feratur in illud.

Ratio est, quia voluntas, cum sit appetitus ra- tionalis, sequens ductum rationis, & cognitio- nis intellectus, fertur in bonum apprehensum, per rationem, eo modo quo ipsi proponitur; unde si proponatur ut indifferentia, & ut non habens omnino modum rationem boni, voluntas non po- test non ferri in illud cum indifferentia, atque adeo cum libertate. Quā etiam ratione iuratur D. Thomas i. 2. quæst. 10. art. 1. in sed contra, ut pro- bet quod voluntas aliqua appetit naturaliter. Eo Motus voluntatis (inquit) sequitur actum intellectus: sed intellectus aliqua intelligit naturaliter: ergo & vo- luntas aliqua vult naturaliter.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Si posita indifferentia objectiva iudicij, volun- tas non libere feretur in objectum, sequeretur quod in illo actu operaretur sine illa cognitio- ne: Sed hoc repugnat, ut ostendit Philosophus in libris de anima, & constat ex ipsa natura vo- luntatis, quæ est appetitus rationalis, id est se- quens ductum & cognitionem rationis: unde dicit Augustinus: Iuvat amare possumus, incognitā nequaquam: Ergo &c. Sequela Majoris proba- tur: Ille actus non procederet à voluntate ut directa

P

directa

directa per illam cognitionem, quae repräsentat objectum ut indifferens, alioquin sicut illa cognitione est radicaliter libera; etiam actus voluntatis est formaliter liber, & sicut in illa cognitione esset indifferentia objectiva, ita & in actu voluntatis reperiatur indifferentia formalis. Nec procederet etiam à voluntate ut directa per aliam cognitionem; suppono enim nullum alium actum intellectus presupponi: Ergo procederet à voluntate absq; illa directione & cognitione intellectus. Sicut ergo voluntas, etiam de potentia Dei absoluta, non potest ferri in incognitum, ita nec amare necessariò aliquod objectum, quod ut indifferens ei ab intellectu proponitur.

35. Confirmatur amplius ex D. Thoma loco ultimo citato in resp. ad 1. ubi docet quod voluntas potest considerari dupliciter. Primo ut natura: secundò ut potentia libera. Primo modo tendit in bonum naturaliter, & simplici ejus apprehensione dirigitur. Secundò liberè in illud fertur, & judiciorum indifferentiationis regulatur. Sicut ergo implicat quod à voluntate primo modo considerata, exeat nisi actus pure naturales & necessarij, quales sunt prima intentio finis, vel amor beatitudinis in communione: ita & ab illa secundo modo spectata, non possunt nisi actus liberi procedere, & ita repugnat quod voluntas, ut est potentia rationalis, & indifferentia judicio rationis regulata, ad aliquem actu necessitetur.

§. IV.

Solvuntur argumenta in contrarium.

37. Contra precedentem conclusionem insurgit Suarez prolegom. 1. de gratia cap. 4. & 5. eamq; totis viribus conatur evertere. In primis objicit autoritatem D. Thomæ quæst. 22. de verit. art. 8. ubi dicit, Deum posse necessitate voluntatem, non cogere. Et Augustini in Enchir. cap. 98. docentis, Deum posse inclinare voluntates hominum ad quodcunq; voluerit, & quomodocunq; voluerit: Sed hoc est falsum, si non posset voluntatem hominis necessitare ad amandum objectum ut indifferens ei ab intellectu propositum: Ergo &c.

38. Secundò arguit: Calvinus & alij hujus temporis Hæretici, dixerunt Deum decreto suo & gratiæ efficaci, necessitare hominis voluntatem, ejusq; libertatem & indifferentiam tollere; & tamen illi non sustulerunt indifferentiam objectivam judicij, neq; dixerunt hominem moveri per gratiam ad actus bonos, sicut bruta inéitantur à natura ad pabulum, vel sicut beati moventur à Deo ad amorem beatificum: Ergo Patres Tridentini, qui hoc non obstante hunc errorem proscripti, censuerunt ad libertatem non sufficere judicium rationis indifferens, eoq; existente in intellectu voluntatem posse necessitari à Deo per motionem aliquam in illa receptam, eamq; determinantem ad unum, sine potentia & facultate ad oppositum.

39. Tertio: Voluntas regulata per judicium rationis indifferens, non gaudet nisi virtute & potentia infinita ad se determinandum: Ergo potest vinciri ab agente virtutis infinitæ, & consequenter necessitari, ut agat vel non agat.

40. Quartò: Voluntas non solum potest necessitari ab objecto, sed etiam à Deo, ut docet D. Thomas ubi supra: At si non posset necessitari à

A Deo, supposita indifferentia objectiva solum poterit necessitari ab objecto: Ergo &c. Quintò: Si homo non posset necessitari à Deo ad amandum objectum, illi ut indifferens ab intellectu propositum, voluntas creata non posset extrahi per divinam omnipotentiam à suo connaturali modo operandi: Consequens est falsum, & divinæ omnipotentie injurium. Ergo & Antecedens. Sequela Majoris probatur. Connaturale est voluntati ferri necessariò circa objectum absq; indifferentia ei propositum: Ergo si Deus non posset aliter necessitare voluntatem ad amandum aliquod objectum, quoniam proponendo illud absq; indifferentia non poterit voluntatem à suo connaturali modo operandi extrahere.

Hæc tamen parùm urgent, & ex principiis statutis facile dilti possunt. Ad primum enim respondetur, D. Thomam loco citato docere quidem, Deum posse necessitare voluntatem creatam, eamq; intrinsecè immutare (quod alio tempore) non tamen dicere ibi, neq; alio, quod posset illam necessitare, quando moveat eam per judicium rationis indifferens, ad voluntatum aliquod bonum; id enim manifeste quod naturæ repugnat, ut ostendimus; quia cum sit appetitus rationalis, non potest ferri in objectum alio modo quam sit eam ab intellectu propositum. Unde ad A. gustini testimonium adductum, facile responderetur, Deum ratione sua omnipotentia, & superiori dominio quod habet in nostram voluntatem, posse illam mouere & applicare ad quodcunq; voluerit, & quomodocunq; voluerit, dummodo id non impliceat contradictionem, nec modus illi repugnet naturæ ipsius voluntatis, ut contingit Proposito.

Ad secundum dicendum, quod licet Calvinus, & alij hujus temporis Hæretici, indifferentiam objectivam in homine moto per gratiam efficacem, non negaverint formaliter & expresse, & ut ita dicam, in actu signato, eam tamen sustulerunt virtualiter, arguivè, & in actu exercito; docuerunt enim voluntatem moveri à Deo per gratiam efficacem sponte solum & non liberè, & sine indifferentia & potentia ab oppositum, eoq; modo quo equus a selliore moveretur & incitatur ad currentem; hoc enim exemplum utitur Calvinus libro 2. instit. cap. 3. Unde cùm motus pure spontanei nullam supponat vel patiantur indifferentiam objectivam judicij, ut constat in prima intentione huius, & in amore beatitudinis in communione, manifestum est, Calvinum, & alios hujus temporis Hæreticos, re ipsa & de facto indifferentiam objectivam judicij sustulisse de medio, licet forte eam formaliter & expresse non negaverint.

Vel etiam dici potest, Calvinum duplicitate errasse, primum in fide, afferendo Deum suæ gratiæ mouere hominis voluntatem pure sponte, & nullam relinquendo indifferentiam seu potentiam ad oppositum, sub ipsa motione gratiæ. Secundò in Philosophia, existimando voluntatem posse à Deo necessitari, remanente in intellectu indifferentia objectiva judicij. & Concilium primum errorem proscriptissime, alterum verò noluisse attingere, sed illum disputationibus Philosophorum & Theologorum reliquisse.

Ad tertium, concessum Antecedente, distinguo

Consequens. Potest vinci ab agente virtutis insuffante, id est potest efficaciter determinari ad actionem, concedo Consequentiam. Potest vinci, id est necessitari, recte judicio indifferenti, nego Consequentiam. Quia eti⁹ infinita efficacia omnipotentia divina, perat taliter dominari voluntate creatæ, ut illam quocunq; voluerit esse posse: juxta illud Proverb. 21. *Sicut diligentes aquarum, ita et Regis in manu Domini, quoque solerit venter illud: non tamen petit, quod illam posuit necessitate, medio judicio indifferenti; quia, ut supra dicebamus, in hoc modo necessitati contradic̄tio involvitur.*

Ad quarum dicatur, voluntatem posse necessitari Deo, mediante judicio necessario, & non aliter: quo pacto beati necessitantur in panitia amorem beatificum, & homines in via ad amorem beatitudinis in communione; ad quam necessitatem, non solum objectum, sed etiam divina omnipotencia concurrit: unde concessa Majori, neganda est sequela Minoris.

Ad quintū nego etiam sequelam Majoris, ad cuius probacionem dicendū est; non solum conaturalis esse voluntati creatæ ferri necessariū in objectam, et ab ali⁹ indifferentia propositum, sed etiam illam petere connaturaliter, ut objectum quod non est summum bonum, nec cum illo connexum, indifferenti⁹ judicio ei proponatur. Unde si Deus aliquod objectum creatūe in indifferenti⁹ judicio ei proponeret, illam non moveret eo modo quo connaturaliter petit, eamq; à suo connaturali modo operandi extraheret.

Dices, Repugnat quod Deus proponat voluntati aliquod objectum creatūe, putā divinis, ali⁹; indifferenti⁹ judicio rationis; quia non potest hoc modo tale objectum voluntati ponere, nisi causet in intellectu⁹ iudiciū aliquod, quo iudicet divitias esse summum bonū, vel cum illo necessariū connexum: Sed hoc iudicium Deus non potest in intellectu⁹ causare; alioquin similidū sit falso & erroneum, Deus esset causa falsitatis & erroris: Ergo &c.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius probacionem dicendum est, quod ut Deus aliquod bonum creatūe, v.g. divitias, absq; indifferenti⁹ judicio rationis proponat, necessariū non est iudicium erroneous, quo intellectus iudicet illas esse summum bonum, vel necessariū cum summa bonitate connexum, sed sufficit illas cognoscere ut bona, cognitione imperfecta, non cognoscendo bonitatem quæ in illarū carentia potest inveniri, nec limitationē bonitatis carum: hanc autem cognitionem potest Deus in intellectu⁹ causare, quia in illa non repertitur error aut falsitas, sicut in iudicio quo divitias esse summum bonum judicaret.

ARTICULUS IV.

Explicatur celebris & perantiqua distinctione sensus compositi & divisii.

D Upliciter intelligi potest sensus compositus & divisus. Primus sensus qui videtur aperitor, est hereticus, & est Lutheri, Calvini, & aliorum hæretorum hujus temporis, qui dicunt sensum compositum esse, quando mortis divina & gratia efficax cum ipsa voluntate conjugantur & componuntur: divisus vero, quando ab illa dividitur & separatur. Ita colligitur ex Calvinō in Tom. II.

A Antidoto super can. 4. sextæ sessio nis, ubi ait: *Dissentiet quidem à Deo hominis voluntas, quandiu erit contraria. Verum si in obedientiam composita fuerit, jam sublatum est dissentendi periculum.* A pertius hunc sensum declarat Vincentius Lenis, Theologus Araucanus, in Epistola prodoma ad Petavium pag. 22. ubi hanc propositionem: *Voluntas prædeterminata potest dissentire, ipse sic explicat, ut voluntas dissentire possit, excusat (inquit) prædeterminatione, non retenta.* Hic sensus procul dubio hæreticus est, ex illo enim sequitur manifesta libertatis destructio, ut constabit ex infra dicendis.

B Hanc tamen pravam & pervergam sensus compositi & divisii intelligentiam, communiter attribuunt Thomistis defensores scientiæ medie. Suarez libro 1. de concursu Dei cap. 10. num. 5. ubi ait: *Posse voluntatem motioni divina non consentire in sensu composito: id est EXISTENTE DEI MOTIONE.* Et libro 3. cap. 9. num. 4. *At fortasse dicent (inquit) potentiam physicę prædeterminatam ad consentiendum, id est posse dissentire, quia potest carere excitatione determinante ipsam, & tunc non consentiet. Ita enim in re ipsa respondent, qui ajunt, cum Concilium docet posse dissentire, intelligentem esse in sensu divisio.* Item in tomo de auxilijs Lugduni recente impresso, libro 5. cap. 18. num. 9. sic habet: *Potentia in sensu divisio, non est potentia propriè activa, sed magis passiva, quatenus potest auferre illam prædeterminationem, & relinquere voluntatem in sua naturali potestate.*

Idem docet Lesius in opusculo de gratia effectu cap. 3. num. 19. ubi volens impugnare sensum compositum & divisum Thomistarum; sic ait: *Sensus compositus nihil est aliud, quam si decreatum divinum & motio divina componatur cum voluntate: id est, SI VOLUNTATI ADSIT: Et sensus divisus, SI ABSIT, ET TOLLATUR: At quid mirum, si motione illâ sublatâ, voluntas posset non velle?*

In eodem errore & hallucinatione versatur Molina 1. p. quæst. 14. art. 13. disput. 18. num. 2. ubi loquens de sensu composito & divisio Thomistarum, sic ait: *In re proposita non aliter intelligere possunt (Thomistæ) sensum divisum, quam quod si Deus ex eternitate non statuisset mouere arbitrium concursu ex se efficaci, & in tempore quando actus elicitor, non moveretur illud eodem efficaci concursu, posset tunc non elicere cum actu.* Ex quibus locis liquet, illos Authores manifeste imponere Thomistis, compositionem solius prædeterminationis cum voluntate; facere sensum compositum, & ablationem seu divisionem ejusdem prædeterminationis ab illa, facere sensum divisum: quod tamen ipsi, ut infra ostendemus, constantissime negant, & tanquam Calvinianum dogma rejiciunt.

Eundem sensum falso attribuit Alvari Aegidius Coninck disp. 2. dubio 3. & Meratius in tract. de gratia disp. 6. lect. 1. Bañezio & Zumel: imo & Vazquez ceteris audacior, illum impunit D. Thome. Nam 1. p. quæst. 14. art. 13. disp. 6. cap. 3. sic habet: *Si respondetas (inquit) cum Thoma hic ad 3. consequens esse necessarium ex suppositione quod Deus scierit, & ut auctor in scholis, in sensu composito, non tamquam absolute & ex se, non supposita scientia Dei, quod vocant in sensu divisio.* Ubi manifeste affingit D. Thome pervergam illam sensus compositi & divisii intelligentiam, addendo illa verba: *Non supposita scientia*